



CONGREGATIO DE CULTU DIVINO
ET DISCIPLINA SACRAMENTORUM

Prot. N. 17/21

NOTA DE FERIA QUARTA CINERUM
De impositione cinerum in tempore pandemiæ

Dicta oratione ad benedicendos cineres, et aspersis eis aqua benedicta, nihil dicens, sacerdos semel pro omnibus astantibus formulam ut in Missali Romano profert: «Pénitémini, et crédite Evangélio», vel: «Meménto, homo, quia pulvis es, et in púlverem revertérис».

Deinde sacerdos abstergit manus ac personam ad protegendas nares et os induit, tum imponit cineres ad ipsum accendentibus vel, pro opportunitate, accedit ad eos, qui in locis suis stant. Sacerdos capit cineres et spargit super caput uniuscuiusque, nihil dicens.

Ex ædibus Congregationis de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, die 12 mensis ianuarii 2021.

Robert Card. Sarah

Robertus Card. Sarah
Præfectus

+ J. Roche

✠ Arturus Roche
Archiepiscopus a Secretis